

**Sermo****I**

ciba illuz. Si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

**Evangelium. Mathei. viij.**

**I**n illo tempore Cum descendisset ihesus de monte secute sunt euz turbe multae. Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens. Domine si vis potes me mundare. Et extendens ihesus manum tetigit eum dicens. Nolo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Nade nemini dixeris, sed vade et ostende te sacerdoti. et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus. et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio ait Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Sed tunc dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego sum sub potestate constitutus habens sub me milites. et dico huic vade et vadit. et alio veni et venit. Et seruo meo. fac hoc et facit. Audiens autem ihesus miratus est et sequentibus se dixit. Amen dico vobis. non inveni tantam fidem in israel. Dico autem vobis quod multi ab oriente et occidente venient et recubent cum abraham et isaac et iacob in regno celorum. Filii autem regni eiciantur in tenebras exteriores. ibi

**vice simus octava****A**

erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Nade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer eius in illa hora.

**Sermo vice simus octavus. De evangelio**

**Q**um descendisset ihesus de monte. etc. Tria notare possumus circa dominum in hijs verbis. scilicet humilitatem. Caritatem. et potestatem. Descensus humilitatis notatur cum dicitur. Cum descendisset ihesus de monte. Bernardus. Oportebat cristum descendere ut nos ascendere doceremur. Descendit autem decem gradibus propter nos. Primo a patria celesti in exiliuz huius mundi. Unde. i. Johannis. iij. In hoc apparuit caritas dei in nobis quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum. etc. vii. ait ysaias. xliij. Propter vos enim misit in babilonem. scilicet. filium meum in mundum peccato confusus. Bernardus. Inestimabilis dignatio et penitus inexcogitabilis. quod in huius carceris horrorem. tanta dignata est descendere celsitudo. Secundo de forma dei in formam serui. De quo ad philipenses. iij. Et imitavit semetipsum formam serui accipiens. Abi dicit leo papa. Assumpsit formam serui sine sorde peccati. humana auge. divina non minuens quia illa estimatio fuit miserationis non defectio potestatis. Unde ait ysaias. xliij. Servire me fecistis peccatis